Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput VIII. De genere adjectivorum

urn:nbn:de:bsz:31-112308

Visual Library

Qvinqve: Maſculinum	*cujꝰ nota ſolet eſſe particula*	Hic.
Fœmininum		Hæc.
Neutrum		Hoc.
Commune		Hic, Hæc.
Omne		Hic, Hæc, Hoc.

ut: *Hic Vir*, *Hæc Mulier*, *Hoc Animal*.
Hic Hæc Omnis, *Conjux*, *Teſtis* : *Hic Hæc Hoc Felix*.
Hi Hæ Hæc Qvatuor, *Centum*, *Mille*.

† Ex Maſculinis & Fœmininis animatorum, qvædam ſunt Epicœna,[2] i. e. ſub una voce immobili, unoq; Genere Grammatico, utriqve ſexui convenientia. *ut*: 2.

Hic Homo	*Hæc Beſtia*	*ſive mas ſive fœmina.*
Lepus	*Vulpes*	
Paſſer	*Alauda*	

CAPUT VIII.
DE GENERE ADJECTIVORUM.

** Dic Regulas de Genere Adjectivorum.*

I. Adjectivum trium terminationum,[1] in prima, ſunt Generis Maſculini: in ſecunda, Fœminini: in tertia, Neutri. *ut*: 1.

Bonus	*Bona*	*Bonum*
Hic	*Hæc*	*Hoc*
Ille	*Illa*	*Illud.*

II. Adjectiva duarum terminationum in prima ſunt generis Communis; in altera Neutri.[2] *ut*: 2.

Hic

Hic Hæc Fortis — *Hoc Forte.*
Hic Hæc Doctior — *Hæc Doctius.*

III. Adjectiva unius terminationis, ſunt generis Omnis. *ut, Hic Hæc Hoc Felix, Sapiens,*
3. *Pauper, Arpinas, &c.* [3]

□ NOTA. I. Multa ſunt Adjectiva unius terminationis, qvæ Neutro genere in Nominativo, Accuſativo, & Vocativo plurali carent. *ut, Vigil, Pervigil, Uber, Pauper, Degener, Memor, Ales, Dives, Locuples, Hoſpes, Soſpes, Præpes, Superſtes, Compos, Impos, Supplex, Artifex, Inops, Redux, Intercus, & alia.*

II. In qvibuſdam Adjectivis, Nominativus ſingularis non agnoſcit Neutrum. *ut, Tricuſpide telo*: licet *Tricuſpe telum*, in Nominativo non inveniatur.

△ III. Sæpè Adjectiva, mutata ſignificatione ſubſtantivè ſumuntur, cùm in Maſculino & Fœminino, tùm præcipuè in Neutro. *ut, Amicus, Vicina. Dulce ſatis humor. Fama malum. Sic Plus, Qvid, Aliqvid, Ecqvid, Qvippiam, Mei,* Die meinen. *Tui, Sui, Nova, &c.*

△ IV. Duo Subſtantiva Verbalia Fœminina in TRIX, *Victrix, Ultrix*, Adjectivè
4. ſumpta, fiunt in Plurali [4] etiam Neutra. *ut, Arma victricia. Bella ultricia.*

CAPUT IX.

DE GENERE SUBSTANTIvorum, ex Regulis Generalibus, ſeu Significatione.

* Qvot